BIBLIOTHECA UNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS
kat.komp.
33653
III Mag. St. Dr. P

...ola Grammat.

Cybulski Andr Jos: Regula summi amoris, in sanctiori Terentio Christo erga Fratrem Hominem — scenico apparatu explicata.

1722

Poetr

N 429

POETAE POLON.
N.

REGULA SVMMI AMORIS, IN SANCTIORI TERENTIO CHRISTO, erga Brutum Hominem,

PER

ILLVSTRISSIMAM & NOBILISSIMAM JUVENTUTEM,

Scholæ Grammatices,

In publico Scholarum Regni Oratorio, Immaculatè Conceptæ Virginis SACRATISSIMÆ,

Spectante Magnorum Hoſpitum Frequentia,

Scenico Apparatu

EXPLICATA.

Anno Domini 1722. Die 31. Martij.

CRACOVIÆ, TYPIS UNIVERSITATIS,

61

In Avitum Stemma.
ILLVSTRISSIMÆ
KONARSCIORVM
DOMVS.

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS
33.653.III.

Enſe minax hoſtis non hic ſubſiſtere par eſt:
Nam Leopardus hians cuncta ſuperba domat.
Quàm felix fauſtumq; fluit cum tempore donū,
Dùm tantis gaudet terra Polona feris.

ALEXANDER à Zakrzow ZAKRZOWSKI,
Venatorides Czerniechovienſis
Grammatices Alumnus.

ILLUSTRI ac MAGNIFICO DOMINO
D. IOSEPHO,
ILLUSTRISSIMI ac MAGNIFICI DOMINI
D. FRANCISCI FIRLEY,
DE KONARY
KONARSKI,
Ad Supremum Regni Tribunal Deputati Judicis, Veterani Cohortis Loricatæ Præfecti, magnæ ſpei Filio, Pòëſeos AUDITORI.
Domino Patrono Colendiſſimo.

O*Culi in amore Duces utiq́ non errant, cum Regulam Amoris Divini ad Te vident dirigendam.* Illuſtris *ac* Magnifice Domine. Olim *in* IOSEPHI *gremio amor Cæleſtis Patris recubuit, juſtè nunc in manus* IOSEPHE *Tuas regulatus Grammatico exercitio amor ſe recipit. Regulã hanc non renue; Qui licet è Parnaſſo Grammaticam inferiorem conſpicis; Grammaticæ tamen Iuventutis conatum non deſpice. Neq́ enim Te Grammatica vota adirent, ſi non amarent; ſi intra limina ſua, Te habitum, ſedulum, diligentemq́ non recolerent. Allicis ad Te cunctos tam ingenij quam naturæ dotibus. Provocas ſingulorum amorem, qui quamvis nolles amari debes; quia ut ameris evincis. Futuros tui in Republica magnanimos actus, jam in ſcholaſtico pulvere colligere licet; quantus in Aciem Martis ſis deſcenſurus, jam in Palladis Arena præbes indicia. Verè Majores Tuos Illuſtriſſimos imitaris, qui olim infantiã ſuã per ſcuta, per galeas ad victorias dirigebant. Viciſſe hoſtes Illis pro gloria fuerat, Tibi majorum victorias legere, notare, laudis decorisq́ argumentum. Noſces poſt præmiſſam Anteceſſorũ fortitudinem fortiùs contra hoſtes Patriæ urgere victoriam, nec ignorabis contra adverſos inſultus intorquere impetũ, qui ex Gentilitij Leopardi fronte ſolam legis fortitudinem. Sed nec altiùs frondoſam*

Generis Tuæ Illuſtriſſimi *conſcende Arborem, non enumera inſignem Domus Tuæ originem, in qua omnes in Sereniſſima Republica Polona honorum gradus, veluti Ilias in putamine complectuntur. Non manifeſta tot Illuſtriſſimas Domos Sangvine junctas,* DEMBINSCIORŨ, KARVICCIORŨ, PRZEREMBSCIORUM, KOTKOWSCIORUM, ROGOWSCIORUM, PAPROCCIORUM, GUTTITERORUM, *Unus pro mille ſufficit Tibi indefeſſus Sarmaticæ felicitatis Atlas, Illuſtriſſimus videlicet ac Magnificus Dominus Parens Tuus, ad Tribunal Regni ex Palatinatu, Cracovienſi Iudex Deputatus, Loricatæ Cohortis Præfectus. Hic Tui regula eſt qualis quantusq; eſſe debeas. Hic poſt Palladis Martisq; Tyrocinium in utraq; arte Triarius; Gradivi ſpiritum ſub Imperio Exercitûs Reipub: Ducũ imbibit, ita, ut paribus munijs admoveri, nunc mereatur. Limatæ mentis, & elevatioris ingenij documenta, vel maximè nunc Themidis Polonæ librat lance. Ex ſupremi Palatinatûs Cracovienſis ordine, conſilio judicioq; primus, Areopagũ judicij efficaciâ ſententiarũ pondere implendo, maximam honorum partem trahit ſui pediſequam. Non memoro hic Illuſtriſſimam Comitum in Promnik Celarorũ Proſapiam, quæ adeo in altum evecta eſt, ut vix ſubtili Oratorum pennâ attingi valeat. Non recenſeo,* Illuſtriſſimam IOANNAM *de Birkow, Comitiſſam in Promnik, Genitricem Tuam; cujus virtutes adeo excreverunt, ut jam ipſa ſidera tangant. Nec de te minor ſpes; qui accreſcentis Nomine inſignitus, quotannis novis augeris decoribus. Te annis coæva ambit vivacitas morum exornat comitas, compta commendat promptitudo. Omnibus affabilis, verè Muſas imitaris, quæ ſibi ſemper ſociam adſciſcunt ſuavitatẽ. Imò Apollinis obibis vices, ſi tuis Muſis gratias interſeres. Dignus certè amor favoribus, dignus foveri & haberi, Qui hic Regulam ſuſcipit, ne in Oculis Tuis perſpicaciſſimis contra ordinem* Grammaticũ *peccare videatur. Excipe igitur hanc Regulam, & amorem Chriſti erga Genus humanum obſerva; Qui ut te olim ad ſupremos in Sereniſſima Republica Polona evehat honorum gradus, precatur.*

ILLUSTRIS & MAGNIFICÆ DOMINATIONIS VESTRÆ.

Obſervantiſſimus Servitor

M. ANDREAS IOSEPHVS CYBVLSKI,
Phil. Doctor, Sch: Gramm: Profeſſore.

ARGUMENTUM.

FAſces Romani Imperij tenente Antonio, ſingulare inauditi amoris documentum in Terentio & Decio Bruto adinventũ; nam cùm Antonius Spiculatores miſiſſet, qui Brutũ caperent, ligarent, interficerent, Servius Terentius ut eum à morte liberaret, aſſumens nomen Bruti, ſpontè ſe ipſum interfectoribus obtulit.

ZA pánowánia w Rzymie Antoniuſza, oſobliwy nieſłycháney miłośći dokument w Terencyuſzu y Decyuſzu Brutuſie ieſt wynáleźiony, albowiem gdy posłał był Antoniuſz Zołnierzow, ktorzyby Brutuſa złápáli zwiazali, zábili, Serwiuſz Terencyuſz ázebygo od okrutney wybawił śmierći, przyimuiąc ná ſiebie Brutuſa imię dobrowolnie ſię zaboycom podał.

PROLOGUS
ACTUS Imus
SCENA I.

SEnatus Populusq; Romanus cum ſplendido apparatu audit Antonium perorantem, virtutes & merita ſua exponentem; cui fidelitas & omnis veneratio ab omnibus appromittitur.

SEnat y Rzymſki lud słucha w bogatym ſtroiu Antoniuſzá peroruiącego, cnoty y zasługi ſwoie explikuiącego, ktoremu wſzelką wierność y honor wſzyſcy obiecuią.

SCENA II.

LEx Apuleia in præfato ſenatu promulgatur ſi quis Sacram Majeſtatem minuiſſet, capitis reus eſſet.

PRawo Apuleiuſzowe w pomienionym ſenáćie publikuią, że gdyby kto publicznego w czym uſzczerbił Maieſtatu, ſmierćiby winien był.

SCENA III.

EXplanatores mittuntur, ut congreſſus Romanorum Civium ſubaudiant, utrum aliquid contra legem non loquantur.

SPiegow poſyłáią, áżeby przy zgromadzeniach Obywátelow Rzymſkich podsłuchowali, ieżeli czego przećiwko práwu nie mowią.

SCENA IV.

ANtonius in Capitoliū leonibus vehitur, cui unus Explanatorum occurrit, & refert ſe aliquid contra Majeſtatem audiviſſe, cui præmium pollicetur Imperator, ſi certitudinem reſciverit.

AAtoniuſz lwami ſię do kapitolium wieźie, ktoremu ieden ze ſpiegow drogę zábiega y donoſi, że coś przećiwko Májeſtatowi usłyſzał, ktoremu Imperator nagrodę obiecuie, gdy by ſię pewnośći dowiedźiał.

SCENA V.

IRatus Antonius palam in ſenatu, querulatur quòd illum peſſimi adeant rumores, cum detrimento famæ Illius.

ROzgniewany Antoniuſz publicznie ſię w Senaćie żali, iż go złe dochodzą nowiny z uſzczerbkiem sławy Iego.

Intermedium

ACTUS 2dus.

SCENA I.

TErentij cum Bruto affectûs cõteſtatio, adeo ut etſi mori oportuerit, amor illorum mutuus vivere poſſit.

TErencyuſz z Bruturem affekt ſobie ſwiadcza, ták dálece że choćiażby umierać potrzebá było, miłość ich w záiemna żyć miáła.

SCE-

SCENA II.

BBrutus Conviva & parùm inter pocula hilaris, contra Antonium conſurgit, illumq; privare Imperio promittit.

BRutus ná Bankiećie w kompanij przy winie weſoły, przećiwko Antoniuſzowi powſtaie, y iego z Panſtwa wyzuć obiecuie.

SCENA III.

REfertur Terentio fidiſſimo Bruti amico, quòd hoc auſus fuerit moliri, & eloqui; cõtriſtatus hic, conſilium init cum Bruto, & afflictum ſolatur ſua pro Illo dexteritate.

DOnoſzą Terencyuſzowi naypoufalſzemu Brutuſa przyiaćielowi że ſię ważył otym myśleć y to wymowić, záſmucony ten, rádę czyni z Brutuſem y zturbowánego ćieszy ſwoia zániego odwagą.

SCENA IV.

ACcuſatur in ſenatu Brutus criminis reus, ubi concluditur Illum delere ex libro vitæ.

SKarża w Senaćie ná Brutuſa wyſtępnego, gdźie konkluduią, aby go wymazáć z kśięgi żywota.

SCENA V.

DOrmientem Brutum fata infeſtant, & per ſomnium videt ſepulchrum ſibi aperiri, qui expergefactus totum Terentio revelat, Ille vero eundem defendere promittit.

SPiącego Brutuſa Fáta nápáſtuią y przez ſen widźi że mu ſię grob otwiera, ktory porwawſzy ſię zeſnu, wſzytko Terencyuſzowi obiáwia on zaś iego bronić obiecuie.

Intermedium

ACTUS 3tius.

SCENA I.

MIttuntur ſpiculatores ab Antonio ut vindicent læſionẽ Illius Brutum capiant, ligent, & incarcerent.

POſyła Antoniuſz Zołnierzow áżeby ſię zemścili urá Iego Brutuſa związali złápáli y w więźieniu oſádźili.

SCENA II.

AVdito hoc Terentius cæpit pavere triſtari & mæſtus eſſe, ſed laſſatum meditationibus Amor viſitat; & perſvadet, ut Amico det vitam ſua morte.

VSłyſzawſzy to Terencyuſz począł ſię bać y ſmućić; lecz zfátygowánego myślámi Miłość wizytuie, y rádźi áżeby dał życie ſwoią śmierćią Przyiaćielowi.

SCENA III.

TErentius Brutum in carcere viſitat, cujus Nomen & veſtes aſſumit, & e carcere exire, jubet.

TErencyuſz Brutuſa w więźieniu náwiedza, ktorego Imię y ſuknie bierze, y z więźienia wyniść rozkázuie.

RCENA IV.

ANtonius denuò mittit milites ut omninò Brutum ex carcere ad interficiendum educant.

ANtoniuſz znowu poſyła Zołnierzow, áżeby koniecznie Brutuſá z więźienia ná śmierć wyprowádźieli.

SCENA V.

GEnius Amorem Chriſti inducit, ſub effigie Terentij; tandem Oratio Aurelij Lippi peroratur.

GEniuſz miłość Chryſtuſowa wyraża pod Figurą Terencyuſzá, á potym Orácyą Aureliuſzá peroruią.

Intermedium

EPILOGUS.

Permiſſu Magnifici Domini
RECTORIS.

26

I.XII.12

Biblioteka Jagiellońska
stdr0025235

~~Fabulae scenicae.~~

* ~~(Cybulski Adr. Josephi)~~

~~Scholae Novodvorsc. Regula summi amoris in suo~~

~~Amici Serentis Christo erga Brutum hominum.~~